

# Psalmus

C

in illa equitate angelorum. Sed videte quid dixerunt: non erit confessio peccatorum. Non dixi: non erit confessio: erit enim confessio laudis. Semp confiteberis illum deus: te creaturam: illi protectores: te protectum. In illo quodammodo absconditus eris: sicut dictum est: Abscondes eos in abscondito vultus tui. **In atria eius in hymnis confessionum confitemini ei.** In portis confitemini: et in atria cum intraueritis confitemini in hymnis. Hymni laudes sunt. Quando intras te reprehende: cum intraueris illum lauda. **Aperite mihi portas iusticie:** dicit in alio psalmo: ingrediens in eas confitear domio. **Numquid dixit:** cum ingressus fuero iam non confitebor: **Etiam ingressus confitebitur.** Que enim peccata confitebatur dominus noster Iesus christus quando ait: **Confiteor tibi pater domine celi et terre: illum laudans confitebamur non se accusans.**

**Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus.** Nolite putare quia deficitis in laudando. Laudatio vestra quasi maducatio erit. Quantum laudatis: tantum vires acquiris: et tibi dulcescit que laudat. **Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus. In eternum misericordia eius.** Non enim cum te liberauerit desinet esse misericors: et ut protegat semp in eternam vitam misericordia eius est. **In eternum ergo misericordia eius. Et usque in generationem et generatione veritas eius.** Aut omnem generationem accipe quod dictum est in generationem et generationem: aut in duabus generationibus: unam terrenam: alteram celestem. **Hic est generatio una que parit mortales: altera que parit eternos.** **Veritas eius et hic est et ibi.** Noli putare quia hic non est veritas eius. Si non hic esset veritas eius: non diceret in alio psalmo: **Veritas de terra orta est.** **Rec ipse veritas diceret.** **Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem seculi.**

Explicit Tractatus de ps. XCIX.

Incipit Tractatus de ps. C.

Expositio psalmi.

**P**salms iste centesimus quod habet in primo versu: hoc in toto corpe eius querere debemus.

**M**isericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Nemo sibi ad impunitatem blandiat de misericordia dei: quia est iudicium. Et nemo i

melius commutatus exhorreat iudicium dei: quia precedit misericordia dei. Homines enim quando iudicant aliquando victi misericordia faciunt contra iusticiam: et videtur in eis esse misericordia: et non esse iudicium: aliquando vero rigidum volentes tenere iudicium perdunt misericordiam. **Deus autem nec in bonitate misericordie perdit iudicij severitatem: nec in iudicando cum severitate amittit misericordie bonitatem.** **Ecce si temporibus distinguamus hec duo: misericordiam et iudicium.** **Fortem enim non sine causa ipso ordine posita sunt: ut non diceret iudicium et misericordiam: sed misericordiam et iudicium.** **Si ergo per tempora distinguamus hec duo: forte inuenimus modo tempus esse misericordie: futurum autem tempus iudicij.** **Quomodo est primo tempus misericordie: primo in deo consideranda: ut et tu quantum ipse tibi donavit imiteris patrem.** **Neque enim arroganter dicimus patrem nostrum nos debere imitari: quando quidem dominus ipse vnicus dei filius ad hoc nos hortatur dicens: Estote sicut pater vestri celestis: Cum diceret: Diligite inimicos vestros: orate pro eis qui vos persequuntur: ut sitis inquit filij patris vestri qui in celis est: qui solem suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos.** **Ecce misericordia.** **Quando vides iustos et iniquos eundem solem intueri: eandem lucem capere: eosdem fontes bibere: eadem pluuiam saginari: ipsam fructibus terre repleri: similiter aerem istum ducere: bre equaliter bona mundi: noli putare iniustus esse deus qui dat ista equaliter iustis et iniustus: Misericordie tempus est: non dux iudicij.** **Nisi enim primo deus per misericordiam parceret: non inueniret quis per iudicium coronaret.** **Est ergo misericordie tempus: quoniam patientia dei ad penitentiam adducit peccatores.** **Audi apostolum dicentem: utrumque tempus: et distigue et tu.** **Existimas autem inquit o homo qui iudicas eos qui faciunt ea et eadem agis: quoniam tu effugies iudicium dei: Intendite: videbat enim se. Sed cuius dicit: Non enim vni homini dicit: si generi humano talia dicebat se committere multa mala quotidie: et tamen viuere nihil mali sibi contingere: et putabat aut dormire deus: aut res humanas non attendere: aut amare facta hominum mala: tollit istam cogitationem de corde: sed bene intelligentibus.** **Quid ergo ait: Existimas o homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea: quoniam tu effugies iudicium**

Alia fra non habet tili

cium dei: Et quasi diceret: quare facio tā-  
ta mala quotidie: et nihil mali mihi contingit:  
secutus ostendit illi tempus misericordie. An di-  
uinitas benignitatis et patie et longanimita-  
tis eius contemnis: Et vere quod hoc contem-  
nebat: sed fecit illum sollicitum: Ignoras inquit  
quoniam benignitas dei ad penitentiam te addu-  
cit: Ecce tempus misericordie. Ne autem ille se puta-  
ret futurum: quod securus eum terruit: Tu autem  
iam tempus iudicii audisti: audi tempus  
misericordie. Propter misericordiam et iudicium can-  
tabo tibi domine. Tu autem inquit secundum duriciam  
cordis tui et cor impenitentis: thesaurizas tibi  
iram in die ire et reuelationis iusti iudicii  
dei: quod reddet unicuique secundum opera sua. Ecce  
misericordiam et iudicium cantabo tibi domi-  
ne. Sed minatur est de iudicio: Numquid ideo  
iudicium dei tantummodo formidandum est: et  
non amandum: Formidandum malum propter penam:  
amandum bonum propter coronam. Quia ergo ter-  
ruit malos apostolus in hoc testimonio quod  
commemorauit: audi ubi spem dat bonis  
de iudicio: seipsum ponit et dicit et ostendit:  
et ipse in se tempus misericordie: quod nisi et ipse inue-  
niret tempus misericordie: qualem illum inue-  
niret in iudicio: Blasphemum persecutorem in-  
iuriosum. Sic enim dicit et commendat tempus  
misericordie in quo modo sumus. Qui prius fui in-  
quit blasphemus et persecutor et iniuriosus: sed mi-  
sericordiam consecutus sum. Sed forte ipse solus  
persecutus est misericordiam: audi quod nos eri-  
gat. Ut in me inquit ostenderet christus Iesus  
omnem longanimitatem ad informationem  
eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam.  
Quid est ut in me ostenderet longanimita-  
tem: Ut unusquisque peccator et sceleratus vide-  
ret: quod Paulus accepit veniam: et non de se de-  
sparet. Ecce ostendit se: erexit et alios. Ubi:  
In tempore misericordie. Audi in tempore iudicii quod  
dicat de bonis: Iterum dicens de se et de alijs  
prius misericordiam consecutus est. Quare: Quod  
fuit blasphemus et persecutor et iniuriosus: ve-  
nit dominus ut donaret Paulo: non ut redde-  
ret. Nam si reddere vellet: quod inueniret quod  
redderet peccatori: nisi penam et supplicium:  
Noluit reddere penam: sed donauit gratiam. Au-  
di quod ille cui donauit tenet dominum etiam debi-  
torem. Inuenit eum donatorem tempore misericordie:  
tenet debitorem tempore iudicii. Quod bene dicit: vi-  
dete. Ego enim iam imolor dixit: et tempus reso-  
lutionis mee primum est. Bonum certamen  
certavi: cursum consummaui: fidem seruauimus.  
Hoc tempore misericordie: Audi de iudicio: Be ce-

tero superest mihi corona iusticie: quod reddet  
mihi dominus in illa die iustus iudex. Non dixit  
donat: sed reddet. Quoniam donabat misericors  
erat: quoniam reddet: iudex erit: quia misericordiam et  
iudicium cantabo tibi domine. Sed donando de-  
licta fecit se debitorem corone: ibi misericordiam  
consecutus sum. Misericors ergo dominus primo: hic  
autem reddet mihi coronam iusticie. Tunc red-  
det: Quia iustus iudex est. Quare iustus  
iudex: Quia bonum certamen certavi: cur-  
sum consummaui: fidem seruauimus. Ideo iustus  
non potest nisi coronare ista: inuenit enim ista  
quod coronaret. Antea vero quid inuenerat quod  
prius fuit blasphemus et persecutor: Ista do-  
nauit: illa coronauit. Bonauit hec tempore  
misericordie: coronauit illa tempore iudicii: quia  
misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Sed  
numquid solus Paulus bene meruit: Hoc enim  
dixeram quomodo in illo testimonio terruit:  
sic in isto erexit. Luce dixisset: Reddet mihi in  
illo die iustus iudex: non solum mihi inquit:  
sed omnibus qui diligunt manifestationem et re-  
gnum eius. Ergo fratres quoniam habemus tem-  
pus misericordie: non nobis blandiamur: non nos  
dimittamus: non dicamus: semper parcat deus.  
Ecce feci heri: et peccat deus: facio et ho-  
die: et parcat deus: faciam et cras: quod parcat  
deus: Attendis ad misericordiam: et non times iu-  
dicium. Si vis cantare misericordiam et iudicium:  
intellige: quod ideo parcat ut corrigaris: non  
ut in malignitate permanas: Noli tibi the-  
saurizare iram in die ire et reuelationis iusti  
iudicii dei: quia tempus misericordie in alio psal-  
mo dicit: Peccatori autem dicit deus: Ut quod  
tu enarras iustificationes meas: et assumis  
testamentum meum pro os tuum: Tu vero odisti  
disciplinam meam: et abiiecisti sermones meos  
post te. Si videbas furem: currebas cum eo:  
et cum mechis portionem tuam ponebas.  
Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas:  
et aduersus filium matris tue ponebas scan-  
dalum: Hec fecisti et tacui. Uide tempus mi-  
sericordie. Quid est tacui: Numquid non corri-  
pui: Sed si iudicavi. Quod enim tacet quod quo-  
tidie clamat in scripturis: in euangelio: in pre-  
dicatoribus suis: Tacui a supplicio: non a  
verbo. Hec fecisti et tacui. Et quod tacuit deus:  
id est non vindicauit: quid sibi dixit in corde  
suo peccator: Audi. Suspensus es inquit  
iniquitate quod ero tibi filius: id est parus est quod tu  
talis eras: et me talem putabas. Et cum ostē-  
dis illi tempus misericordie: terruit de tempore iudicii.  
Argua te et statua te ante faciem tuam. Tu te

ponis post te: ego te ponam ante te. Omnis enim q non vult videre pctā sua: post dorsum se ponit: et alioꝝ peccata acute attendit: nō p diligentia: s p invidentiā: non volēs sanare s accusare: se aut obliuiscit. Un talibus dñs dicit: Stipulam in oculo fratris tui vides: et trabē in oculo tuo non p̄sideras: Quia ḡ misericōdia et iudiciū cātaf nobis: et nos facientes misericōdiaz securi expectem⁹ iudiciū: et simus in corpe ipsius: et nos cantem⁹ eā. Cantat enī hoc christus: id est si solū caput cantat: a dño ē canticū hoc: ad nos nō ptinet. Si aut totus christ⁹ id ē caput et corpus ei⁹: esto in mēbris ei⁹: adbere illi p fidem et p spem et p caritatem: et in illo canta: in illo exulta: qz et ipse in te laborat: in te sinit: in te esurit et tribulat. Ille i te adhuc morit⁹: et tu in illo iaz resurrexisti. Nā si in te nō moreret: nollet in te sibi pci a p̄secutore cum diceret: Saule Saule qd me p̄sequeris: Ergo fr̄es mei christus cantat: Sed quō nostis: Christū assidue commendauim⁹ vobis: et scio qz rudia vob nō sunt: Bñs christus v̄bū est dei p qd facta sunt oīa. Hoc v̄bum vt redimeret nos: caro factū est: et habitauit in nobis. Fact⁹ est hō de⁹ sup oīa filius dei equal patri. Ad h factus est vt deus hō mediator esset inf ho mines et deū: et recōciliaret lōge positos: et piangeret sepatos: et reuocaret alienatos: et reduceret pegrinos: ad h fact⁹ ē hō. Factus est ḡ caput ecclie: habet corp⁹ et membra. Quere mēbra ipsius: mō gemūt p vniuersum orbē terraz: tūc letabunt in fine in corona iusticie: de qua dicit Paulus: quā reddet mihi dñs in illo die iustus iudex. Et modo ḡ cantem⁹ in spe: oēs in vñū collecti. Christū enī induti christus sum⁹ cuz capite nro: qz vtiqz Abrae semen sumus: Ap̄ls hoc dicit. Quia dixi christus sum⁹: Ap̄lus ait ergo: Abrae semen estis s̄m p missionē heredes: Abrae semen estis. Videamus si semē Abrae est christus: In semine tuo bñdicent oēs gentes. Nō dixit i semibus tanq̄ in mltis: s tanq̄ in vno: et semini tuo qd est christus. Et nobis dicit: ḡ semen Abrae estis. Manifestū qz ad christum ptinemus: et qz mēbra ei⁹ et corp⁹ eius sumus: cū capite nostro vnus hō sumus. Cantemus ḡ misericōdiam et iudiciū cantabo tibi dñe. Psallam et intelligam i via immaculata qñ venies ad me. Nisi in via immaculata: nō potes psallere nec i telligere. Si vis intelligere in via immacu-

lata: psalle: id est opare in hilaritate deo tuo. Que est via immaculata: Audi sequentia. Deambulabā in innocentia cordis mei: in medio domus mee. Hec via immaculata ab innocentia cepit: i ipa enā puenit. Quid queris multa v̄ba: Innocens esto: et p̄fecisti iusticiā. Sed qd est esse innocentē: Quobus enī modis nocet hō q̄stum in ipō est: aut faciendo miserum: aut deserendo miserū: quia tu nō vis ab illo fieri miser: et nō vis deserri ab alio si miser fueris. Quis est qui facit miseros: Qui infert violentias vt insidias: Rapit res alienas: opprimit paupes: furat coniugia aliena sollicitat: calūniosus est: vult inferre homibus qd doleat studio maliuolētie. Quis est q̄ deserit: miseros: Qui videt inopem aliquo auxilio egentē: et cum habeat quomō p̄stet: cōtemnit: despicit: alienat cor suum. Qz si iam omnino talis esset: vt non opus haberet aliqua misericōdia: supbus esset si desereret miserum. Adhuc i tribulatione carnis constitutus est: nesciens quid sibi possit cras accidere: et despicit lachrymas miserorū: non est innocens. Siquis est innocens: Qui cum alijs nō nocet: nec sibi nocet. Qui enim et sibi nocet: non est innocens. Ait aliquis: Ecce non tuli alicui: nec pressi aliquem de re mea: de iusto labore meo bene mihi faciam. Conuiuum: apparatus habere volo: erogare volo quantum me delectat. Bibere cum quibus volo: quātum me delectat. Cui aliquid tuli: Quem pressi: Quis de me questus est: Innocens videt: sed seipm corrumpit: si templum dei in se evertit. Quid expectas vt in alio faciat misericōdiā: et parcat miser: Qui in seipsum crudelis est: esse i alio misericors pōt: Tota ergo iusticia ad vñū verbum innocentie redigit: Qui autē diliget iniquitatem: odit animā suā. Quando amabat iniquitatē: putabat qd alijs nocebat. Sed vide si alijs nocebat: Qui diligit iniquitatem: odit animā suā. Sibi ergo prius nocet q̄ vult alijs nocere: nec deambulat qz non est vbi angustias nō patitur arta oīs malicia: sola innocētia lata ē. Ubi deambulabat: Deambulabā i innocentia cordis mei in medio dom⁹ mee. Qdē diū dom⁹ sue: aut ipsā ecclēsiā dicit. Christus enī deambulabat: aut cor suū: dom⁹ enim nostra interior: cor nostrum est: vt b̄ exposuerit quod superius dixit: In innocentia cordis mei. Que est innocentia cor-

Alta lfa  
t Perambulabā

dis suis: Ad medium domus sue. Hanc do-  
 mus quisque huiusmodi mala: pellitur ab illa foris.  
 Quisquis enim in corde premittit mala conscia: quomodo quisque ab stillicidio exit de domo sua:  
 aut a fumo non ibi se patitur habitare: sic qui non habet quietum cor: habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt a seipsum animi intentione: et de his que foris sunt circa corpus delectantur: quiete in nugis: in spectaculis: in luxurijs: in omnibus malis querunt. Quare foris voluerunt sibi bene esse: Quia non est illis intus bene: unde gaudeant in conscientia sua. Ideo dominus cum sanasset paliticum ait: Tolle grabatum tuum: et vade in domum tuam. Faciat illud anima que quasi palisi dissoluta est: in membris bone operationis constringat: ut bene operetur. Tollat grabatum suum: regat cor suum: iam eat in domum suam: intret in conscientiam suam: iam latas inueniet ubi deambulet: et psallat: et intelligat. **Non proponebam ante oculos meos rem malam.** Quid est: non proponebam ante oculos meos rem malam? Non diligebam. Solus enim dicit quod nostis de homine qui ab aliquo diligit: ante oculos illum habet: et ille qui contemnit sic solet queri: non me habet ante oculos. Quid ergo est ante oculos habere? Diligere. Quid est non diligere? Non ibi corde habitare. Dixit ergo non proponebam ante oculos meos rem malam: non diligebam rem malam. Et exponit ipsam rem malam. **Facientes peruariationes odio habui.** Intendite fratres mei. Si deambulatis cum christo in medio domus eius: id est si vel in corde vestro bene requiescatis: vel in ipsa ecclesia bonum iter carpitis in via immaculata: non eos tamen qui foris sunt debetis odisse peruariatores: sed et quoscunque intus inueneritis. Qui sunt peruariatores? Qui oderunt legem dei: qui audiunt illam: et non faciunt: peruariatores dicuntur. Facientes peruariationem odio habere: repelle illos a te. Sed odire debes peruariatores: non homines. Unus homo peruariator: videte quod duo nomina habet: homo et peruariator. Hominem deus fecit: peruariatorem ipse homo fecit. Ama in illo quod deus fecit: persequere in illo quod ipse sibi fecit. Cum enim persecutus fueris peruariatorem eius: occidis quod homo fecit: et liberat quod deus fecit. Facientes peruariationem odio habui. **Non adhesit mihi cor prauum.** Quod est cor prauum? Tortum. Quod est cor tuum? Cor non rectum. Quod est cor non rectum? Vide quod est cor rectum: et ibi inuenis quod est cor non re-

Alia fra.  
tiniustam

Alia fra  
todiui

ctum. Rectum cor dicitur hominis: quod omnia que vult deus ipse vult. Intendite. Orat aliquis: ut ne scio quid non eueniat: orat et non prohibet: peccat quantum potest: sed contra voluntatem ipsius euenit aliquid: subiungat se voluntati dei: non resistat voluntati magne: quia ipse dominus sic illud exponit: ostendens infirmitatem nostram in se quoniam passurus erat ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Non enim vere ille timebat mortem: qui in parte habebat ponendi animam suam: et in parte habebat iterum sumendi eam. Et Paulus apostolus miles ipsius: seruus ipsius clamat: Bonum certamen certavi: cursum consummaui: fidem seruaui: de cetero reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. Exultat quia moriturus est: et dominus eius et imperator eius tristis est quia moriturus est. Ergo melior seruus quam dominus? Et ubi est quod ait ipse dominus: Sufficit seruo: ut sit sicut dominus eius: sufficit discipulo: ut sit sicut magister eius. Ecce fortior est Paulus ventura morte: et dominus tristis est. Optabam inquit dissolui: et esse cum christo. Gaudet quia dissoluitur: ut sit cum christo: et ipse christus tristis est cum quo iste futurus se esse letat. Sed quid erat illa vox: nisi sonus infirmitatis nostre? Adulti adhuc infirmi contristantur futura morte: sed habeant rectum eorum: vitent mortem quantum possunt: sed si non possunt: dicant quod ipse dominus: non propter se: sed propter nos dixit. Quid enim dixit? **Pat si fieri potest trahat a me calix iste.** Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide itaque rectus cor: Uerum non quod ego volo: sed quod tu vis pat. Si ergo cor rectum sequitur deum: prauus cor resistit deo. Aliquid illi contingat aduersum: clamat: deus quid tibi feci? Quid commisi? Quid peccavi? Se iustum vult videri: deum iniustum. Quid tam prauum? Prauus est: quia tortus est: et tortam regulam putat. Corrige te: et inuenies rectum a quo te deprauasti. Ille iustus: tu iniustus: et ideo peruersus es: quia hominem iustum dicis: et deum iniustum: Quis hominem iustum dixi? **Leipm.** Quis enim dicis: quod tibi feci: iustum te putas. Sed respondeat tibi deus: verum dicis mihi: nihil fecisti: omnia enim tibi fecisti. Si enim mihi aliquid fecisses: bonum fecisses. Quicquid enim bene fit: mihi fit: quia ex precepto meo fit. Quicquid autem mali fit: tibi fit: non mihi fit: quia non fecit malus aliquid nisi sibi: quia hoc non ego iubeo. Tales quando videritis fratres corripite: arguite: corrigite. Et si non potestis corripere aut corrigere: nolite consen-

*Alia fra  
declinantem  
me malignus*

ture: vt possitis dicere: Non adbesit mihi cor prauum. **C**um declinaret a me malignus nō cognoscebam. Quid est non cognoscebam: Non approbaba: non laudabaz: nō mihi placebat. Cognoscere enī inuenimus i scripturis aliqui dici p eo qđ est placere nobis. Quid enī latet deuz fratres: Nūquid nouit iustos: et non nouit iniustos: Quid cogitas qđ ille nesciat: Non dico qđ facis: sed qđ cogitas quod ille nesciat: Non dico qđ cogitas: sed qđ cogitatus es qđ nō ille ante viderit: Omnia qđ nouit deus: et tamen in fine: id est in iudicio post misericordiā de quibusdā dicit: In illa die multi venturi sunt et dicent: domine dñe in noie tuo demonia eiecimus: in nomine tuo vtutes multas fecimus: in nomine tuo manducauimus et bibimus. **E**t dixit illis: Recedite a me operarij iniquitatē: nō noui vos. Ille nō nouit aliquem: Sed qđ ē: nō noui vos: In regula mea nō vos agnosco. Noui enī regulam iusticie mee: nō illi cōgruitis: declinastis ab illa: distorti estis. Ideo et hic dixit: non cognoscebam. Quid est: nō cognoscebam: Nūquid forte quia malignus qñ obuiam fit iusto in vi co angusto dicit sibi qđ est scripturaz in sapientia Salomonis: Brauis est nobis etiaz ad videndū: et mutat viam ne videat quez nō vult: Sed qđ multi sunt maligni qđs videmus: et qui nos vident: et nō solum non a nobis declināt: sed currunt ad nos: et aliqādo iniquitates suas p nos impleri cupiunt. Plerūqđ nobis contingit. Quomō qđ declinant: Declinat a te qui dissimilis ē tibi. Quid est declinat a te: Non te sequit. Quid est: nō te sequitur: Non te imitatur. Ergo cum declinaret a me malignus: id ē cum mihi dissimilis esset malignus: et vias meas nollet imitari: nollet sic viuere malignus quomō me illi pposui: ad imitationēz nō cognoscebam. Quid est non cognoscebam: Non quia nesciebam: sed qđ non approbaba. **D**etrahentem primo suo occulte: hunc psequer. Ecce persecutor bonus: nō hominis: sed peccati. **S**upbo oculo et insatiabili corde: huic non conuescebar. Quid ē nō conuescebar: Non cum illo manducabam. Attendat caritas vestra: qđ mirum aliquid audiri estis. Si nō conuescebat cum illo: nō manducabat. Tesci enī māducare est. Cur qđ pmū ipm dñm inuenim⁹ manducasse cum supbis: et nō cum publi-

canis illis et peccatoribus: Nam ipsi humiles erant: cognoscebat enī languorē suuz: et medicū requirebant. Cum ipis superbis phariseis inuenimus illū māducasse. **M**ā superbus qđaz inuitauerat illū: ipse est cui displicuit: qđ mulier peccatrix que erat i ciuitate famosa: accessit ad pedes dñi: et ait i corde suo: Hic si esset ppha sciret q mltir illi accessit ad pedes. Quia tal erat mundicia phariseorū: vt nemo eos iniquis tāgeret: si quis eos immūdus vel modice tetigisset: exhorrebant: ne quasi immūdos eos faceret tactus immūdus. At vbi peccatrix illa que erat i ciuitate famosa accessit flere ad pedes domini: ille cū videret eam dixit i corde suo: Hic si esset ppheta sciret q mulier illi accessit ad pedes. **U**nde sciebat qđ christus nesciuit: nisi inde suspicatus est euz nescisse: quia nō eam repulit: Quia si ipse esset repelleret a se. **B**ñs autem non solum mulierem illā peccatricē nouerat: sed et illius supbi vulnera medic⁹ insanabilia videbat. Ait enī cum audisset cogitantez: vt ostenderet illū superbū: Symō habeo ali quid tibi dicere: Duo debitores erant cuiusdam feneratori: vnus ei debebat quinquaginta denarios: alius quingentos. **C**ū nō haberent vnde redderēt: dimisit ambob⁹. **Q**uis eum plus dilexit: Et ille cōtra se dixit sententiā: extorqueute sibi cōfessioe veritatis. Credo domine quia cui plus donauit. **E**t cōuersus ad mulierem dixit Symoni. **V**ides istam mulierē: Intraui i domū tuam: aquam mihi ad pedes non dedisti: ista autē lachrymis rigauit pedes meos: et cetera que nostis. Non opus est in alijs ppter que ad testimoniū adhibuimus diutius immorari. **I**ste pharise⁹ superb⁹ erat: conuescebat euz illo deus. **Q**uid est ergo quod ait: Superbo oculo et insatiabili corde huic non conuescebar: **Q**uid est: non conuescebar: Non cum illo manducabā. **Q**uomodo nobis proponit hec: quando ipse non fecit: **A**d imitationēz suā nos hortatur. **V**idemus eum cōuiuatum esse cum supbis: quomō nos phibet ne cōuiuemur cum eis: **N**os quidem fratres ppter correptionem aliquā: tenemus nos etiam a fratribus nostris: et nō cum eis cōuiuemur vt corrigantur. **C**um extraneis potius conuiuamur cū paganis qđs cū his qui nobiscū erāt: si viderim⁹ eos male viuere vt erubescant et corrigant: sicut dicit apostolus. **S**i qđs non obaudit vbo nostro p eplam: hūc

*Alia fra  
fictore*

*Alia fra  
non ede*

notate: et nolite commisceri cum eo: et non ut inimicum existimetis: sed corripite ut fratrem. Facim<sup>9</sup> h<sup>9</sup> plerūq; ppter medicinā: et tñ cū extraneis multis et cum impijs sepe vescimur. Quid ē hoc qd̄ ait: Supbo oculo et insatiabili corde: huic nō quiescebat: Habet epulas suas cor pium: hz epulas suas cor supbum. Nam ppter cibos ipos cordis superbi: ideo dicit: insatiabili corde. Cor supbum vñ pascit: Si supbus est: inuidus est: aliter non pōt. Supbia m̄snuidentie est: nō pōt nisi generare hanc: et cuz illa sp̄ esse. Dis ḡ supbus inuidus est: et si inuidus est: mal' alienis pascit. Un̄ dicit ap̄ls: Si mordetis et comeditis inuicē: videte ne ab inuicem cōsumamini. Videtis ḡ comedentes: nolite his conuesci: fugite male cōuiuū. Neq; enī se satiat gaudēdo de mal' alienis: qz insatiabili corde sūt. Laue ne capiaris in epul' eorū laqueo diaboli. Libis talibus pascebant iudei qñ crucifixerūt dñm: Sed qz pascebant tāq; de pena dñi: Nam et nos de cruce dñi pascimur: qz corpus ipius māducam<sup>9</sup>. Dicebat enī cū viderēt eum pendentē in cruce insultantes: qz insatiabiles corde erāt. Dicebat ḡ: Si filius dei est descendat de cruce: alios saluauit: se saluare non pōt. Pascebant cibo crudelitatis sue: et ille pascebat cibo misericordie sue. Pas̄ inq̄t ignosce illi: qz nesciunt qd̄ faciūt. Illi ḡ habebāt alias epulas: ille alias. Sed qd̄ dicitur sit de mēsa superborū: audite. Fiat mēsa eorū coraz ipis in muscipulā: et in retributionē et in scandalum. Pas̄ti sunt: capti sunt. Quomō enim aues ad muscipulā: aut pisces ad hamum s̄ pascūt: s̄ capiunt: sic et ipi. Hñt ergo impij epulas suas: hñt pij epulas suas. Audi epulas piorū. Beati q̄ esuriūt et sitiunt iusticiā: qñ ipi saturabunt. Si ḡ pius pascitur cibo iusticie: et impius supbie: nō mirum si insatiabil' corde pascit cibo iniquitatis. Noli pasci cibo iniquitatis: et nō tibi conuesci supbus oculo et insatiabilis corde. Et vñ tu pascebaris: Et qd̄ te delectabat: vbi ille tibi non conuescebat. **Oculi mei ad fideles terre: inq̄t: vt cōsiderent hi mecum.** Bñs dicit: **Oculi mei super fideles terre: vt cōsiderent hi mecum:** id est vt mecum sederēt. Quō sederēt: Se debitis sup duodecim thronos: iudicantes duodecim trib' isrl. Iudicāt fideles fr̄e: de qb' dicit: **Rescatis qz angelos iudicabimus: Oculi mei super fideles terre: vt cōsiderent hi mecum.**

Alia lra  
f̄ sedeant  
f̄ non habet

**Ambulans in via immaculata: h<sup>9</sup> mihi ministrabat.** Adibi ait: non sibi. Adulti enī ministrant euāgelii: s̄ si sibi ministrant: qz sua querunt: non q̄ Jesu christi. Quid est christo ministrare? Ea que christi sunt querere. Eqd̄em qñ mali annunciant euāgelii: alij fruuntur: illi puniuntur. Bictum est enī: **Que dicunt facite: q̄ autē faciūt: facere nolite.** Non timeas ergo qñ a malis audis euāgelii. Te illi q̄ sibi ministrat: id est qui sua ibi querit: tu christi accipe. **Ambulans in via immaculata: h<sup>9</sup> mihi ministrabat.** **Non habitauit in medio domus mee facies supbiā.** Reuertere ad domū illam: id est ad cor. Non habitabat in corde meo facies superbiā. Nullus talis habitabat i corde meo: resiliēbat enim inde. Nemo habitabat in corde meo: nisi mitis et quietus: supbus nō illic habitabat. Non enī habitabat i corde iusti iniustus. Sit a te iustus remot<sup>9</sup>: nescio quot milibus et mansionibus: similitudinis: si vnum cor habetis. Non habitauit in medio domus mee facies supbiā. **Loquens iniqua non direxit i cōspectu oculorū meorum.** Hec est via immaculata: vbi intelligimus quando ad nos ueniat domin<sup>9</sup>. **In matutinis interficiebam omnes peccatores terre.** Hoc obscurum est: dignamini aduerte. Jam finis psalmi est. **In matutinis interficiebam omnes peccatores terre.** Quare? **Et disperdas de ciuitate domini omnes operantes iniquitates.** Sunt ergo in ciuitate dñi operantes iniquitatem: et quasi parci eis modo. Quare? Quia misericordie tempus est: sed ueniet et iudicij: quia sic cepit psalmus. **Misericordiam et iudiciū cantabo tibi domine.** Jā enumerauit sup<sup>9</sup>: quia illi non adhererūt nisi boni. Mal' nō adherit: nec delectabatur epul' iniquitat' eorū qui sibi ministrabāt non domo: id est sua querebant. Et quasi diceretur illi: et vt quid tales i ciuitate tua tāto tempe tolerasti? **Tempus misericordie est.** Quid est tempus misericordie? **Adhuc nō dum reuelatū est iudiciū.** Nox est: apparebit dies: apparebit iudiciū. **Audi apostolus.** Itaq; nolite ante tempus quicq; iudicare. **Quid est ante tempus? Ante diem.** **Audi quia ante dies dixerit: Donec ueniat domi<sup>9</sup>: q̄ et illuminet abscondita tenebrarū: et manifestet cogitationes cordis: et tunc laus erit vnicuiq; a deo.** Nā mō cōdiu nō

Alia lra.  
f̄ qui facit

Alia lra  
f̄ qui loquitur

Alia lra  
f̄ vt dispderem

vides cor meū: et non video cor tuū nor ē.  
 Nescio qd ab hoīe petisti nō accepisti: cō-  
 temni te putas: et forte nō contemneri. Cor  
 enī nō vides: et cito blasphemās: in nocte  
 danda est tibi venia erranti. Diligit te hō  
 nescio qd: et putas qd odit te: aut odit te: et  
 putas qd diligit te. S; qdlibz sit nor ē: noli  
 timere: psume in christo: in illo habeto di-  
 em. Non est qd mali de illo sentias: qz se-  
 curi sum⁹: et certi sumus: qz falli nō potest:  
 amat nos: de nobis aut inuicē nondū cer-  
 ti sumus. Deus enī nouit dilectionē nrām  
 inuicē. Nos aut si diligimus nos inuicēz:  
 qd videt qua dispensatiōe a nob fiant ista:  
 Quare nemo videt cor: Quia nor ē. In  
 ista nocte in qua temptatiōes abūdant: qsi  
 de ipa nocte dixit psalmus: Posuisti tene-  
 bras: et facta est nor: in ea ptransibunt oēs  
 bestie silue. Catuli leonū rugientes vt ra-  
 piant: vt querant a deo escam sibi. In no-  
 cte querūt escam catuli leonum. Qui sunt  
 catuli leonū: Principū et pātū aerī hui⁹  
 demones et angeli diaboli. Quō sibi que-  
 runt escam: Quā temptant. Sed qz nō ac-  
 cedunt: nisi eis deus dederit pātē: ideo  
 dictum ē: Querentes a deo escā sibi. Spe-  
 tit Job temptandū. Quales escā: Spulē-  
 tam: pinguem: iustū dei: cui ipse deus testi-  
 moniū phibuit et ait: homo sine qrela ver⁹  
 dei cultor fuit. Petiuit illū temptanduz: q  
 rens a deo escā sibi: et accepit tēptanduz: s;  
 nō opprimendū: purgandū vō nō euer-  
 tum: aut forte nec purgandū: s; pbandū.  
 Tamē et qui temptant aliqñ tradūt occul-  
 to merito suo in man⁹ temptatoris: qz tra-  
 dita sunt forte in pcupias suas. Nam dia-  
 bolus nulli nocet: nisi acceperit potestates  
 a deo. Sed qñ: In nocte. Quid est in no-  
 cte: In isto tpe. Cū aut transierit nor: et ve-  
 nerit dies: mittunt mali cum illo in ignem  
 eternū: iusti vō in vitam eternā. Nullus il-  
 licerit temptator: qz nō sunt illic catuli le-  
 num: qz transacta est nor. Iō dñs discipu-  
 lis suis ait: Hac nocte postulauit sathanas  
 vexare vos sicut triticū: et ego rogauī p te  
 Petre ne deficiat fides tua. Quid ē vera-  
 re sic triticū: Quō ab hoīe triticū nō mādu-  
 catur: nisi pmo attritū vt panem faciat: sic  
 neminē manducat diabolus: nisi pmo per-  
 tribulationē euerterit: cōterit vt māducat.  
 Tu aut qd tribularis: si maneat granum:  
 nō psturberis: nihil tibi cōtingit. Quō bo-  
 ues triturant: Nūqd in solū triticū intrāt:  
 Simul mittunt cū tribula in area. S; nū-

qd timē. Luz est triticū: Absit: Nō cōcidit:  
 nisi palea a tritico spoliēt: superfluit et ve-  
 niet ventilatio: et inueniet puram massam.  
 Quē inuenit: granū mutat in horreū suuz:  
 et acerū palee cōburet igni inextinguibi-  
 li. Cū dixit h: Quia diem in spe habem⁹:  
 Dies nobis in christo debet esse: nam qz  
 diu inf temptatiōes sumus: nor ē. In ista  
 nocte parat de⁹ peccatorib⁹: vt non illos  
 tollat. Flagellat illos temptatiōib⁹ vt cor-  
 rigan: tolerat illos in ciuitate sua. Puta-  
 mus sp tolerabit: Si sp misericors est: nō est  
 iudiciū. Si aut misericordiam et iudiciū can-  
 tabo tibi dñe: nō parcat: tūc iudicabit. Sed  
 qñ iudicabit: Lum trāsiert nor. Iō dixit:  
 In matutinis interficiēbā oēs peccatores  
 terre. Quid ē: in matutinis: Luz iam dies  
 venient: nocte transacta. In matutinis in-  
 terficiēbam oēs pctōres terre. Quare eis  
 parcat vsq ad matutinū: Quia nor erat.  
 Quid est: nor erat: Quia tps erat parcen-  
 di. Parcebat scū corda hoim essent occul-  
 ta. Vides aliquē male viuere: toleras illū:  
 nescis enī qual erit: qz nor est. Vtrū q bo-  
 die male viuut: cras bñ viuut: et vtrū q bo-  
 die bñ viuut: cras malus sit. Nor est enī: et  
 omēs tolerat deus: qz longanimis ē. Tole-  
 rat vt cōuertant ad illū peccatores: Sed q  
 nō se correxerint in isto tpe misericordie: interfi-  
 cient. Et quare interficient: Ut dispergāt  
 de ciuitate dñi: de societate hierz: de socie-  
 tate sanctorz: de societate ecclie. Quā autēz  
 interficient: In matutinis. Quid ē: in ma-  
 tutinis: Lum nor transacta fuerit. Quare  
 nō parcat: Quia tpus misericordie est. Quare  
 sp nō parcat: Quia misericordiaz et iudiciū can-  
 tabo tibi dñe. Fratres nemo sibi blādiat:  
 Interficiēt oēs opantes iniquitatez. Inter-  
 ficiet eos christus in matutinis: et dispdet  
 eos de ciuitate sua. Sed mō cū tps miseri-  
 cordie est: audiāt eum. Ubiqz clamat p le-  
 gem: p pphetas: p psalmos: p eplās: p euā-  
 gelia. Videte qz nō tacet: qz parcat: qz ero-  
 gat misericordiam: sed caute: quia vteruz est  
 iudicium.

Biui Aurelij Augustini Hipponensis  
 epi: de centesimo et vltimo secunde Quin-  
 quagene psalmo Tractat⁹ feliciter explicit.

12

Ann  
1772